

quia extra et ultra communem statum hominum eos possunt. Ad hanc inebriationem spiritus mutat specialiter claustrales. Caritativorum quinto cum dicit. Inebriamini karissimi. Dominus quidem dicit. Comedite amici. Quod refertur generaliter ad fideles ecclesie, qui omnes sunt amici sponsi. Iuxta illud. **Matth.** quidem dicit. Vos amici mei estis si feceritis que precipio vobis. Dominus debent comedere. et precepta dei observare. Unde glossa. Comedite. et delectamini faciendo precepta mea. Sed quidam comedunt et non saturantur. Unde glossa comedere et non saturat qui epulas scripturarum didicerunt. nec tamen vitam corripit. Qui precepta vite laborans audit. sed ad implenda piger remanet. Fidere autem et inebriari competit religiosi claustralibus qui non contenti communi observantia preceptorum se subdunt disciplinam regulam ad observantiam consiliorum.

**C.** Et hijs recte dicuntur inebriari. Quos enim ebrietas est desipere seipos nudare et nuditatem ipsam non erubescere et non sensu suo regi sed vini fortitudine agi. Sic isti claustrales. Quid est claustrum nisi cella vinaria et spiritalis taberna in qua si purum vinum abundantanter apponeretur quis dubitat quin potantes inde spiritaliter inebriarentur. Hinc est quod bonis religiosi desipiunt mundus. Gustato enim spiritu desipit omnis caro. Et hoc quantum ad votum continentie. Item nudat seipos per abdicatorem peccetatis tenore temporalium per votum paupertatis. Item nuditatem ipsam id est paupertatem non erubescunt. Item non sensu aguntur sed spiritualis vini virtute doctrine celestis mandatis et regulantibus institutis reguntur. Et hoc quantum ad votum obedientie. Sic inebriati fuerunt sancti apostoli cum essent repleti spiritu sancto dicentibus iudeis quia multo pleni sunt. Tali multo beatus Augustinus inebriavit fratres suos in heremo. ut patet in sermone de margaritis regularis institutis ubi scribit sic. Fratres mei et leticia cordis mei. corona mea. et gaudium meum. quia me putatis matrem esse animarum vestrarum. Ideo vos ita componere desidero. ut in vobis macula. neque ruga possit ante tribunal iudicis apparere. Amabimus enim vestris non solum cenamensura. sed et medicamenta desidero provide. Studio enim distita consuevit. Conculsa sartire. vulnerata curare. abluere corda. reparare perdita. et ea que sunt in terra spiritualibus margaritis ornare. Ego enim margaritas de paradiso patrie vobis

donare cupiens. Quod est ad propositum de exitu triplicis paradisi predicti. Et subdit. Sed ante omnia fratres karissimi. quos iterum parturo. donec foemetur in vobis christus. diligatur deus. deinde proximus. Et subdit. Et ideo fratres dilectissimi commorantibus vobis in heremo. nomine domini nostri placeat secundum apostolicam vitam. unum sentire. et omnia communiter possidere. Et hoc quantum ad votum paupertatis. Et subdit. Illi qui vobis preest post deum sicut decet honorate. Et hoc quantum ad votum obedientie. Et subdit. Si oculi servorum dei iaceantur in aliquam seminarum. cauetur ne in illam figantur. Et hoc quantum ad votum castitatis. Et hec omnia magis explicitate in sua regula continentur. Item in alio sermone ad fratres heremitas de paupertate dicit sic. Estote pauperes fratres mei. quoniam exaudiunt pauperes domus. Tunc enim vere pauperes spiritus eritis. tunc vere beati. tunc benigni. tunc ab omni malo ignari. si corde et opere pauperes inveniamini. Item in alio sermone de obedientia ad eosdem fratres dicit sic. Nichil sic deo placet fratres karissimi. que admodum obedientia. Nec in nobis summa et sola est virtus obedientie. Si ieiunaveris diebus ac noctibus. orationesque feceris. Si in sacco fueris vel cinere. et obediens patri non fueris. omnes virtutes perdidisti. una obedientia plus valet quam omnes virtutes. Item in alio sermone sic dicit. Sancta dei sponsa obedientia. tu perfecta scala es. qua celum ascenditur. Tu porta paradisi fidelibus et clausa eorum. Estote ergo fratres obedientes. Item alibi de oratione dicit sic. Orate fratres mei in heremo et nolite deficere. Nam sicut proprium est canibus latrare. Ita proprium est heremi cultoribus orare. O fratres mei dilectissimi clamate in heremo orando. et non solum voce. sed maxime mente. Oratio sancta columna sanctarum virtutum diuinitatis scala. angelorum cognata. monachorum corona. flete igitur fratres mei orando. et nolite deficere. ut digni efficiamus gratia dei. Ecce quomodo iste sanctus pater noster Augustinus filios suos et fratres sanctissime inebriavit. Quod et nobis prestare dignetur.

¶ cl.

¶ Sermo tercius